Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

quod est ad meridiem Kdar, et habitaverunt cum eo.

11) Jerem. XXXV, 6: Non bibetis vinum vos et filii vestri usque in sempiternum: et domum non edificabitis, et sementem non seretis, et vineam non plantabitis, nec habebitis: sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, ut vivatis diebus ~~suis~~ multis super faciem terræ, in qua vos peregrinamini. Hæc Jonadabus Rechabi filius ad suos. Rechabum autem Cinæum fuisse, constat ex I Paral. II, 55; ubi juxta Sonkm hebraicum: Janitores et obedientes, qui in tabernaculis habitant, hi sunt, qui vocantur Cinæi, qui venerunt de Chamath patre Rechabitarum.

12) IV Reg. II. Vid. Cassianus Coll. 18, c. 6.

13) IV Reg. II.

14) Hieronymus ep. ad Paulinum; ep. ad Rufinum; ell. I contra Jovin. Ambrosius l. de Virg. Item IV Reg. IV, et segg.

15) Epiphanius de hæresi Nazaræorum. Caramuel Comm. in Reg. S. Ben. n. 138. Calmetus Dict. bibl. v. Essæni.

16) Josephus de bello Jud. l. 2, c. 2. De Essænis etiam agit Philo l. Quod omnis probus liber.

17) Josephus Antiq. Jud. l. 13, c. 15.

18) C. Plinius Hist. nat. l. 5, c. 17: ubi tamen Essænorum ætatem nimis exaggerat, dum ait: Ita per sæculorum millia, incredibile dictu, gens æterna est, in qua nemo nascitur. De Cinæorum et Rechabitarum vide supra n. 10 et 11.

19) Calmetus Dict. bibl. v. Essæni. Vid. etiam Lezana Annal. ad an. Ch. 2. Hammerschmid in Vita S. Joannis B. Cæterum an Essæni fuerint Monachi Carmelitæ (quæ quæstio